



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXI. (a) Idem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

*l. p. C. de p. l. licet, s. Divus, ff. de jure
Cedul. Valenzuela consil. 63. num. 184. tamen in
eo casu reuersi data attenditur, ut probavi in
cap. capitulum, cap. plerisque, de script. & qui
primo reuersum impetravit ad beneficium,
preferuit illi, qui secundum ad idem beneficium
litteras impetravit, cap. ex parte 12. de offic.
dolor. nam cum virtute prioris scripti jus ac-
quiritur fuisse primo, non potest secundus ad-
mitti cum eius prejudicio, ut probat doctrina
hanc expendens ad Indorum commandas
Soloranzus dicto cap. 9. per totum: factus textus
differt in cap. scribi absenti, de præbend. lib. 6. In
aliis vero privilegiis pluribus concessis, cum
ali per alium prejudicium non irrogatur, at-*

tenditur tempus præsentationis litterarum, seu
ad eam possessionis, ut variis casis inde resol-
ventes docent Kochier in tit. de primariis preci-
bus, pag. 24. Valenzuela consil. 128. num. 151. &
consil. 104. num. 6. Cum ergo in præsenti casu
ad unum, idemque beneficium duo electi simul
fuerint, nulla datâ prioritatem temporis; & be-
neficium dividii non possit, juxta Concilium Tu-
ronense relatum in dict. cap. majoribus 8. idem
Pontifex in præsenti decrevit utramque electio-
nem esse irritandam, ne ad unum, idemque be-
neficium duo admiserentur, repugnante Conci-
li Turonensis dispositione, de qua in dict. cap.
majoribus, ex cuius commentario, que hoc spe-
ciant mutuanda sunt.

CAPVT XXI.

(a) Idem,

Nisi essent viri providi, & honesti, tam ii, qui ordinationem fecerunt, quam
nulli, circa quos est facta ordinatio in Ecclesia vestra, super Prioratus negotio,
ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod
ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa unum de duobus electis,
ut ipse habeat prioratum, hoc ex jurisdictione delegata secundum justitiam vi-
detur esse statutum. Quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse xx. lib. de
redditu Capituli, & xl. libras de preventibus Prioratus percipiat annuatim, hoc
secundum providentiam intelligitur esse præceptum ex arbitria (b) potestate,
cum in delegatos fuerit (c) compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo com-
missam, se pro bono pacis, & utilitatis hæc ordinasse fatentur. Quia igitur hæc
ordinatio ab omnibus est recepta, possuntque licet Prior, & Capitulum de pro-
venientibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex
jussione judicis provisionem hujusmodi exhibere; nos eam hoc habito (d) mode-
ramine toleramus, ut ad præstationem xl. librarum, non dignitas Prioratus, sed
persona Prioris maneat onerata, ne forte vel circa preventus aliqua videatur facta
actio Prioratus, ita quod ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem xl.
librarum minime teneatur.

NOTÆ.

(a) *Dem.* Ita etiam habetur in tertia collectio-
ne, sub hoc tit. cap. 7. ex neutra tamen compila-
tione constat cui missa sit præfata decisio,
nec inter epistolas editas à Bolqueto & Sileto
reperitur.

(b) *Ex arbitria potestate.* Unde cognoscitur,
judicem delegatum, in quem partes compromi-
tulere, posse procedere, & potestate delegata,
& virtute compromissi, ut docuit Salgado de pro-
prietate Regia, p. 2. cap. 13. num. 130.

(c) *Compromissum.* Jure nostro canonico
compromitti potest, tam in judicem ordinari-
um, quam delegatum, quia alias de ipsa causa
cognoscere potest, ut probavi in cap. 5. de arbi-
tria.

(d) *Moderamine.* Quid ita oportuit declarari,
nam alias pensio pro vita pensionarii reservari
intelligitur. Glossa hic verbo *Prioratus*, quæ est
conditio obligationis annua ex legato prove-
nit, l. in singulis 8. ff. de annuis legat. unde
mors possellorū Ecclesiæ pensionario non de-
bet obesse, ex sententia capituli veniens 8. de
translat. capituli cum venissent 6. de institutione
quod cum ex natura pensionum proveniat,

æquè statui debet in pensionibus reservari a
Pontifice, & ab Ordinario, ut docuerunt Ca-
cialupus de pensionibus q. 4. & 5. Gigas quoq. 6.

num. 4. Gambava lib. 6. de offic. Legati. a num. 185.
à qua sententia discedunt Navarrus de simonia
consil. 43. concil. 2. & de jure patrion. consil. 8. Pa-
risius de confident. q. 28. num. 120. quos sequitur
Garcia de benef. q. 1. cap. 5. num. 334. moventur
auctoritate prælensis textus, quatenus Innocen-
tius in eo arbitrium ita ratum habet, ut
pensio pro vita debitoris tantum constituantur;
verum tamen ipsi mentem Innocentii non per-
calluerunt, nam nisi ob eam rationem fuisse
pensio ex vita debitoris estimanda, id utique
procederet non solum in pensione xl. libra-
rum, sed etiam in pensione xx. cum utraque ex
prædicta arbitria potestate descendat; que
moderatio cum ita facta non fuerit, sequitur
potestatem inferiorum non esse ita coarctandam,
ut pensio ab eis imposta vitam debitoris non
excedat. Fuit ergo hæc moderata pensio per Inno-
centium, ut levior esset Ecclesiæ obligatio, non
tamen quia judices modum excesserint in co-
stitutione pensionis.

COM.

COMMENTARIUM.

^{3.} *Conclusio traditur & probatur.* Ex praesenti decretali communiter legens deducitur assertio : *Cum lis ambigua est, & difficilis, potest iudicis uni ex litigatoribus beneficium assignare, ali vero certam pensionem in ipso beneficio.* Quia assertio probari potest ex cap. cum venissent 9. de restu. fol. cap. de cetero 5. usque fine, cap. veniens 8. de transact. cap. cum clericis, de censibus, cap. andivimus, de collus, deteg. Illustrant ultra congetos in praesenti a Barbola & Garanna Cujacius lib. Aeneas Robertius lib. 1. rer. judic. cap. 7. Aegidius Bossius tom. 1. moral. iii. 7. §. 4. P. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 51. num. 17. Beroujus in cap. 2. de arbitr. num. 46. Ferro-Matutique de different. urbis que fori, fol. 143. Barbola lib. 3. de iure Ecclesie, cap. 15. num. 49. Petrus Gregorius de benef. cap. 29. Lotherius lib. 1. de re benef. q. 35. num. 22.

^{4.} *Impugnat. traditio vel huiusmodi assertio.* Sed praesens assertio difficilis valde redditur sequenti consideratione ; nam in praesenti specie, vel huiusmodi pensio constituitur a iudicibus virtute potestatis sibi delegata, vel tanquam ab arbitris ratione compromissione facta. Priori modo pensio referatur iustae, quia ut ait Seneca lib. 3. de benef. cap. 7. Judicem formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit. Est autem in iudicibus hac lex a sacris canonibus indicta, ut beneficia sine diminutione conferant, cap. unico, juncta rubrica, *Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur :* cap. majoribus 8. ubi probavi, hoc sit. & recte ; nam fructus beneficii, ut accessori, sequi debent naturam sui principalis, ex regula Accessorum, de reg. iur. libro 6. & idem non possunt alii applicari, quam cui titulus beneficii conceditur, ut probat Robertus de lib. 1. rerum iudic. cap. 7. quod autem est praeceptum circa universos fructus, hoc deorum dici debet, argumento legis *qua de tota, ff. de revind.* Ratione etiam compromissari non potest, hac facultas constitueri pensionem, cum super Ecclesiastico beneficio transfigere non licet, cap. super eo 7. de transact. quia nec pacisci licet in spiritualibus, cap. quam pro. 1. q. 2. cap. final. de pauperibus. Videlicet ergo, nec posse in arbitris super questione beneficiali compromitti, nec arbitrium latum ab ipsis posse sublister, cum portionem pensionis, que temporalis est, uni, beneficium verò alii adjudicaverint, contra textum in cap. final. de rer. permitt.

^{5.} *Pensionis etymon. & diffinitio.* Quia dubitabit ratione non obstante, vera est praesens assertio, pro cuius expositione sciendum est, pensionem dici à verbo, pendo ; quia videlicet pendet à beneficio formaliter, à quo extrahitur ; sicut usufructus à proprietate, cap. ult. de pignor. cap. quicunque 12. q. 1. Gigas de pens. q. 1. num. 8. Quia ratione etiam merces rei conducta pensio appellatur, l. fructus 7. §. non solum, ff. solut. matrim. Brisonius de verb. signific. verbo Pensio. Dicitur etiam annua, quia singulis annis pendi debet, & annum neñitro genere, dici posse existimat Duarenus lib. 6. de sacr. cap. 4. exemplo veterum, quos ita crebido loquitos fuisse, constat ex l. Seu 10. §. uxori, l. si cum 14. l. Titia 19. §. qui Marco, ff. de annuis legat. l. ex anno 15. l. si stipulata 33. ff. de donat. inter, l. quidam 22. ff. de pact. doc. Diffinitur autem pensio ita accepta à Duarenio dicto lib. 6.

cap. 14. ut sit delibatio quædam beneficij, ex eo quod universum beneficium fore, pars quædam alicui conficitur, argumento legis 65. cap. 116. ff. de legatis 1. Garcia de benef. 1. p. 1. cap. 5. num. 120. ita diffinit : *Penso. si ius frumentale, aut illi annexum, instar beneficij, percepientem de certam pensionem fructuum, mensa, vel beneficii, ad tempus, ob instantem causam.* Contentant Azor 2. p. inst. moral. lib. 3. cap. 5. q. 1. Lotherius lib. 1. de re benef. q. 35. num. 12. Dicitur pensio ius quia ex pensione resulat jus quoddam distinctum ab ipso beneficio, quod simile est quoad plures effectus juri fluctuant, quod alios vero juri beneficiarii : sed præcipue comparatur obligationi annua ex fundo, aut prædio persolvenda, ut docet Oldradus consil. 178. num. 5. Quia vero conditio annua praefatio nisi alia quidem resulat ex promissione facta in contractu, quæ una est, & perpetua, l. si Suchus 16. §. nle. ff. de verb. oblig. & ad hæredes transferit, ut ibidem Confutus ait, quia plerisque mens contineantur hanc est, ut tam sibi, quam hæreditibus prospiciant, l. si pallium 9. ff. de prob. alia vero resultat ex legato, que in primo anno pura est, in sequentibus conditioinalis, l. si in singulos annos 4. ff. de annuis legat. sed in initio cuiuslibet anni integra debetur, l. 2. l. a. 20. bus 5. ff. de annuis legat, morte tamen legatarii extinguitur, l. in singulos 8. ff. eodem ut. docent Madera animadver. cap. 14. Moer in observat. cap. 9. in qua parte obliterandi sunt textus in l. final. §. 1. ff. de contrahend. empion. l. 30. ff. de legat. 3. l. 3. §. si in plures, ff. scilicet plus quam per legem, l. 41. & 43. ff. ex quibus causis major. l. 1. §. fin annos 1. 3. §. final. l. computatio. 15. ff. ad legem Falcidiam, l. 68. §. penult. ff. de legat. l. 1. l. 1. C. de fidicom. l. 7. §. 1. C. de præscripti. l. 3. ff. quemadmodum servit. l. 17. ff. de alment. legat. l. 2. §. 1. ff. quibus modis usus fructus. l. 62. §. 1. ff. de evit. l. 12. §. 5. ff. quando dies legat. Ideo pensio Ecclesiastica similis est pensioni annua debita ex testamento, quæ annuis morte extinguitur pensionarii, & transferri in alium prohibetur : non enim ut annua obligatio ex contractu orta in hæredes transit, sic Ecclesiastica pensio transferri potest, propter prohibitam successionem in bonis Ecclesiasticis, cap. ad hæ. de decimis ; in quo similis est fructuario pensionarius : etiam coenit cum beneficiario in eo, quod indiget titulo, & fructus percipit pro rata temporis, quo vivit, quamvis fructuario fructus tantum perceptus ad hæredes transmittat, l. defuncta 58. ff. de usufructu. Unde exponendum venit quale sitonus hoc, seu ius pensionario competens, & le vi delicit, an personale ; quod difficile est, si aliamemos pensiones ex iure annuarum obligacionum, quæ onus tantum inferunt personales respectu ejus, qui obligatur, pro quo actio in pensionem competit, l. final. §. final. ff. de contrah. empion. Communiter tamen ea sententia placuit, ut beneficium ipsum, seu fructus beneficii pensione onerentur, sicut solet prædium onere tributorum gravari, l. Imperatores, ff. de publicanis, l. 1. C. sine censu, vel reliquis. Quæ sententia probatur ex cap. conquerente 6. de cleric. non resid. ubi dum agitur de obligatione annua pensionis, ait textus, pro Ecclesia explorandam, ut ostendat onus pensionis, ipsius beneficii, aut Ecclesiæ esse : idemque aperte colligitur ex cap.

cap. audivimus 3. ibi: *In beneficiis; de collus. de-*
per. & ex decipline hujus textus, dum ex pen-
sione, de qua hic, Ecclesiæ obligari profitetur.
Ratio autem superioris doctrinæ est, quia pen-
*siones institutæ sunt in gratiam pensionarii, ut
 cedant pro aliomentis, & vicem beneficij obti-*
nent. Garcia d. cap. 5. num. 170. Si autem obli-
gatio sub nomine Rectori Ecclesiæ concipere-

re, ipso mortuo ante pensionarium, pensio ex-
 tingueretur, nec successor obligari posset; ex-
 ficio ejus, à quo nec titulum, nec causam ha-
 bet, ex reliquo ad nos ad caput 1. hoc. ita. Ut
 ergo persistat hoc jus usque ad mortem benefici-
 arii, oportuit ipsi beneficio, & ejus fructibus
 onus inponi: quibus consequens est, pensiones
 sine causa refervari non debet, d. cap. avaritia,
 hujus tituli, d. cap. andatum; cum causa posse,
 ut sit textus noster ibi: *Possunt licet Priors & Ca-*
pitulums propter causas praedictas, &c. quia cùm
 per reservationem stipendia Ecclesiæ obligen-
 tur, id sine causa admitti non debet; cum causa
 posset, ut sit communione omnium obligationum,
 quibus bona Ecclesiæ, aut beneficiorum
 subhicuntur, cap. 1. & 2. de rebus Eccles. non alien-
 andis, in 6. cap. cum Apostolica 7. ibi: *Cum me-*

la proposita: cap. viii. super 8. de his que sunt à
Priore. Et etiam eidem consequens, ut onus
 pensionis reale intelligatur. Gonzalez d. regn. 8.
 gl. 34. num. 47. Flaminius Parisi. lib. 6. de resi-
 gnat. 9. 2. num. 98. Gigas dicit. tract. de pens. q. 31.
 post glossam in hoc cap. nisi essent, verbo Prioratu.
 Quare inde prævenit, ut contra quemlibet
 possellentem beneficii ob pensionem agi possit,
 dicit. cap. viii. 8. de transact. cap. cum venientib. 6.
 de ins. Barbola lib. 3. iures Eccles. cap. 11. n. 93.
 & in præxi exigendi pensiones 9. 15. num. 63. sive
 exprimatur in pensione, ut successori teneatur,
 ut frequenter fit; sive non exprimatur. Gigas
 d. q. 3. num. 2. & q. 4. & 47. quia cùm sit onus
 reale beneficio in hereditate, transit cum ipso benefi-
 cio, adeò ut Capitulum pro rata temporis vaca-
 tionis, dum fructus percipit, teneatur solvere
 pensionem, ut latè probat Barbola in d. praxi,
 q. 15. per totam. Cùm enim Capitulum succedat in
 locum illius, qui pensionem solvbat, & fructus
 beneficii ipsius percipiat, juxta juris utriusque re-
 gulas, debet subire onus, cùm onus ad successo-
 rem non transeat, ut in præsenti specie contingit;
 per talen enim restrictionem natura pensionis
 non mutatur, sed ejus solutioni modus impo-
 nitur. Ex his inferitur; ob pensionem decursam
 agi posse vía executiva contra quocunque pos-
 sellentem ipsius beneficii: Gigas ubi suprà, q. 51.
 nec eo calo pensionis praescribi viam executivam;
 ex l. 6. ut. 15. lib. 4. recopil. docet Barbola in di-
 dia praxi, q. ult. per totam: etiam actione hypo-
 thecari ipsum pensionarium agere posse, ex l.
 final. 5. ult. ff. de contrah. empion. docet Caccia-
 lupus de pensionib. q. 9. fed recte. de contrarium do-
 cuit Paulus Castrensis consil. 338. num. 5. licet e-
 min fructus beneficij in tertium possessorum alie-
 nat sim, non ideo evincit possunt;

Dicunt autem hoc jus pensionis spirituale;
 unde quartata Interpretes, an pension antecedenter,
 vel consequenter sit jus Ecclesiasticum? Pro-
 cuius dubius solutione triple pensionis genit
 distingui solet, teste Leflio lib. 2. de justitia, cap.
 34. aub. 37. alia enim est pensio, quæ pro officio
 merito temporali in remunerationem officii con-
 sideratur, veluti talarium constitutum pro eco-
 D.D. Gonzalez Decretal. Tom. III. Pars I.

nomo, advocato, sacrifista, vel simili mini-
 sterio; de qua Vazquez tract. de benefic. cap. 2.
 §. 4. num. 167. Theophilus tom. 12. tract. ma-
 la e bonis Eccl. sect. 2. cap. 1. alia, quæ titulo
 perpetuo, certa portione detrahendâ, ex fruc-
 tibus aliquujus beneficij consignatur, ut in
 cap. conqueritur, de cleric. non resid. terria,
 quæ in titulum conceditur clericu, quæ non
 in perpetuum, sed ad tempus detrahitur ex
 ipso beneficio, ut in præsenti textu, cap. 3. de col-
 lus. deteg. & aliis similibus. De prima pensione
 non ambiguit, quin temporalis, & profana
 sit, ut docet Suarez tom. 1. de relig. tract. de simo-
 ma, lib. 4. cap. 26. num. 3. Nec etiam de secunda
 queritur, quia etiam certum est, ex ea benefi-
 cium Ecclesiasticum provenire, ut post Garciam,
 & alios docet Valensis de benef. ii. 1. Circa ter-
 tiam pensionem speciem duo tempora confide-
 tanda sunt: primum media Jnrisprudentia canonica: secundum quod invalidit post mortuus
 proprium Pii V. editum anno 1571. cuius me-
 minorunt P. Suarez d. cap. 2. & num. 3. Garcia de
 benef. p. cap. 5. num. 37 & 3 p. cap 1. num. 3. di-
 cendumque est, jure Decretalium, sicut pensioni-
 bus istis titulus beneficij gravati non scinde-
 batur, ita nec novum titulum beneficij ex eis
 creari, nec jus aliquod spirituale, sed onus mere
 temporale; ad quod tempus referendi sunt Do-
 ctores, qui communiter tenent, pensionem nec
 esse beneficium, nec titulum beneficij prestare,
 ut tenent Ojeda de incompatib. in prefat. num. 3.
 Selva de benef. 1 p. 9. 3. Valensis ubi proxime: nec
 contrarium probatur ex cap. ad andantium, de
 rescripto, in illis verbis: *Pensiones, aut alia similia*
beneficia; quæ jacti ibi expolui: ex jure tamen
 novissimo similes pensiones naturam beneficij
 habent, quia solis clericis conceduntur, obli-
 gantique ad recitationem officii minoris, & per
 constitutiones 30. & 31. Sixti V. coguntur pen-
 sionarii tonsuram & habitum clericalem deser-
 re, non tamen vere beneficia sunt, sed ad instar
 beneficiorum habentur quoad plures iuriis effe-
 ctus, quos latius prosequuntur Garcia, & Valensis
 ubi proxime.

Dicitur etiam in prædicta definitione, certam pensionem; quia sic debet pensio reservari, ut *Pensio de-*
 certa sit; & ita æqua, ut maheat Rectori unde *bet esse*
 vivere possit. Garcia dicit. i. p. cap. 5. num. 366. certa &
 quapropter debet reservari in quantitate, non *aqua*.
 in quota fructuum parte, tercia videlicet, quar-
 ta, vel simili, ut in præsenti specie contingit,
 ibi: *Ut ipse xx. libras de redditibus Capituli, &*
 xl. de preventibus Prioratus percipiat annuatim.
 Ubi notandum est, libram, non pondus, sed
 nummum, seu monetam significare, ut etiam
 accipitur in Linofferendis 37. C. de appellat. i. illibres. C.
 de modo multarum, l. ult. C. de appellat. l. ult. C. de
 cypressis, lib. ii. cap. de cattero, de transact. cap. P.
 & G. de officio deleg. & aliis, junctis quæ de lib-
 bra monetali, ex jure Romanorum conges-
 turum Covari. de veter. num. cap. 4. Mariana de
 ponder. cap. 8. Budeus lib. 3. de ase. Unde iuxta
 titulum Curia non sit reservatio pensionis in
 fructibus, nisi ex magna causa; & recte, ut
 tollatur occasio discordiarum, quæ ex communi-
 one fructuum inter Rectorem, & pensionari-
 um oriti possent, argumento legis cum Pater
 77. & dulcissimis ff. delegat. 2. non ideo, quia con-
 cessâ parte fructuum nullum beneficij divide-
 retur, ut docebant Doctores relati à Garcia

dicit. cap. 5. num. 36. quia ut aliud est beneficium, aliud fructus beneficii; ita ex divisione fructuum non resultat divisio tituli, ut recte agnoscit Corrasius 1. p. de benefic. cap. 4. num. 10. Debet etiam esse penso aqua, id est ut ita imponatur, ne nimis oneret beneficium; & licet nullo iuri testimonio quantitas pensionis imponenda taxata sit, styllo veteri Curiae receptione fuit, ne tertiam partem estimationis fructuum excedat. Gigas q. 9. Caccialupus q. 7. Riccius collect. 1179. p. 4. Hodie ex dispositio-
ne Concilii Trident. sess. 2.4. de reform. cautum est, ut solvus omnibus oneribus mille ducati pro Episcopo, centum pro Rectore beneficii remaneant; ubi plura congesit Barbola, Garcia d. cap. 5. num. 4.41. qui late disputant, quomodo fructus beneficii sint affirmandi, & an ob eorum diminutionem minuator penso. Etiam ad-
jecimus in definitione, ad tempus; quod conve-
nit cum iis, que supra dixi, videlicet beneficium esse perpetuum, pensiones autem temporaria-
rias; esset enim nimis onerosum beneficium, si penso perpetua esset, ut de usufructu ajebat Justinianus in §. finit. Infin. de usufructu. Hinc quare solet, quo tempore penso celles, & qui-
bus pereat? Pro cuius dubii solutione sciendum est, olim dupliciter pensionem reservari solere. Primum pro vita beneficiari debitoris, ut contin-
git in causa hujus textus circa pensionem 40. li-
bratum solvendam ex preventibus Prioratus: securid, ut eas perciperet creditor annuatim, ut factum etiam fuit in praesenti specie circa
xx libras. Primo casu morte debitoris penso finitur, secundo non nisi morte pensionarius ces-
sat; tum propter regulam textus in l. in singu-
los 8 ff. de annuis legat. tum etiam, quia pensionarius usufructuario aequiparatur; unde sic ususfructus morte finitur, ita & penso. Etiam finitur penso professione solemniter facta in Reli-
gione, ut docent Gigas de pensionibus q. 57.
num. 5. Thomas Sanchez 2. tom. summa, lib. 7.
cap. 4. num. 13. &c cap. 29. num. 8. non solum quia professus promotuo habetur, cap. in presentia,
de probat. sed quia incapax redditus possidendi aliquid, sive spirituale, sive temporale. Etiam finitur penso per contracsum matrimonii, ut probat Sanchez de maria lib. 7. disput. 44. Tum quia sicut beneficia amittit beneficiarius mat-
rimonio celebrato, cap. 1. de clericis conjugal. ita pa-
tientia pensionem; que licet beneficium non sit, ad instar beneficii habetur. Tum quia, cum in-
habilis redolatur ad facios Ordines, privatur omni-
bus privilegiis clericis competentibus, exceptis relatis in cap. unic. de clericis conjugatis, lib. 6. ubi non refertur privilegium retinendi pensionem; unde necessario eam amittit pensionarius mat-
rimonium contrahendo.

Tandem dicitur in dicta definitione, ob iustam causam; quia ut penso legitimè constituantur, iusta causa intervenire debet; & si aliter pro libito reservetur, constitutio pensionis nullius momentis est, cap. vacante 26. in fine, c. extirpanda
30. §. qui vero hoc sit. c. 3. de offic. vicarii, cap. con-
stitutio 6. ver. cum autem, de relig. domini, cap. per-
tuas 5. de donat. cap. penult. de verb. sign. Clementi. 1.
vers. Eadem, de suppiend. neglig. Faciunt textus in cap. prohibemus 7. cap. significavit 13. de cen-
sibus: docent ultra scribentes de pensionibus Corrasius de sacerd. 1. p. cap. 4. anum. 12. Flami-
nius de resig. lib. 2. q. 2. num. 134. Suarez 1. de

reliq. lib. 4. de simon. cap. 5. num. 14. Azor in his-
moral p. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1. Unde quamvis in cap.
cum venisset 9. daretur. spol. iusta causa non ex-
primatur, cur annua penso ab Archiepiscopo imposta esset, supponenda tamen est ex eo, quod ipsius auctoritas intercessit, ut ex verbis,
que habentur in ejus textus integra, facilè li-
quet: id est autem non fuit expressa, quia de alia
re longè diversa agebatur. Etiam in Summo
Pontifice causam desiderari ad imponendam
pensionem, docuerunt Azor. d. lib. 8. cap. 5. quest.
ut. Corrasius d. 2. p. cap. 1. Sanchez lib. 2. sum-
ma, cap. 29. num. 27. non ut validè imponatur,
sed ut iuste; nam absque causa eam imponendo
non facit contra ius divinum, aut naturale, sed
tantum contra ius ecclesiasticum, prohibens
beneficia cum diminutione conferri, quod à
Pontifice abrogari potest, cap. proposuit 4. de
conceps. prabend. tamen dum sine causa imponit,
magis dissipat, quam dispensat; & id est peccat
lethaliter; quare nec validè sine causa imponi
pensionem à Pontifice, docuerunt Toletus lib. 5.
instruc. cap. 83. num. 3. Victoria in reiect. de simon.
num. 50. Leffius de iustitia cap. 34. num. 204. Theophilus tom. 12. tract. mala è bonis Ecclesia,
sect. 2. cap. 1. num. 10. Quare non solet sine causa
pensionem assignare; & si de causa non con-
stet, tamen præsumitur, veluti eam motu pro-
prio pensionem constituit; creditur enim ex
iusta, & honesta causa, eam reservasse: at in
Episcopo, & aliis Praelatis Pontificis inferioribus
non tantum pro iustitia, sed etiam pro va-
liditate pensionis iusta causa desideratur, ita ut
alter imposta nullius momenti sit, deberetur
de causa constare, ut alii relatis probat Garcia
de benef. 1. p. cap. 5. num. 314. & si de causa non
apparet, præsumitur in fraudem imposta, nec
creditur Episcopo assertent causam intervenisse:
docent Rebuffus in praxi, tit. de pacif. num. 109.
Corrasius de sacerd. 2. p. cap. 4. num. 14. quia non
creditur ei, quin non potest liberè actum facere,
nisi prius constitutus de veritate, 1. si forte 8.
ff. de castrensi, Gigas de pensionibus q. 68. num. 2.
Causas imponendi pensiones in Episcopo &
aliis inferioribus enumerant Duarenus ab
Isp. cap. 4. Azor. p. 2. mir. lib. 8. cap. 5. Garcia p. 1.
cap. 5. num. 318. veluti proprii remuneracionem
alicuius serviti Ecclesie facti, Gigas de pen-
s. 9. 6. num. 1. Lotherius de re benef. q. 35. vel si
ex causa senectutis beneficium quis dimittit,
ut ex Decio, & Felino probant Azor d. q. 1. Re-
doarenus de simonia, cap. 21. num. 35. Gigas d. q. 6.
num. 3. Theophilus Isp. Item si duo velint
beneficia permutare, & alterum sit longè pre-
giuus, ut servetur equalitas, potest penso con-
stitui, cap. ad questiones 6. de rerum permut. vel
si Ecclesia indiget alio ministro præter Recto-
rem, cap. 1. de offic. vicar. cap. conquerente, de cle-
rici, non resid. docent Duarenus de sacra Eccles.
d. cap. 4. Lotherius d. q. 35. num. 2; 20. Denique
ex iusta causa imponendi pensionem, si lis inter
duos super beneficia orta sit, & aliter decidi
non potest, quam si alteri beneficium adjudicetur,
aliis pensione reservata, ut in praesenti tex-
tu, & in cap. cum venisset 9. d. resp. spol. cap. 3.
de collus. deteg. argumento textus in cap. cum
pridem 4. de pacif. cap. præterea 8. cap. cum clericis
11. de censib. docent Doctores Isp. laudati, &c
congesi ab Augustino Barbola hic.

Ratio autem praesentis assertoris provenit
ex

eo, quia publicè interest litibus finem imponi, cap. 2. de re judic. cap. fin. de dolo & contumacia i. properandum, C. de judicis; maximè in beneficiis, in quibus diuturna vacatio in Ecclesiis dampnum infert, cap. ne pro defectis, de dicitur, cap. 2. de concess. præbend. Unde oportebat modum probare, per quem ab hismodi litibus disceditur; ut enim lis super beneficio decideratur, postea transigitur, atque pro bono pacis pensionis à judicibus constituitur, cap. cum pridem 4. de partis, cap. præterea 9. de transact. cap. cùm clerici 11. de censibus. Illustrant Gigas de pensionibus, q. 6. num. 4. Ugoletus de simoni tabuli cap. 20. s. 3. num. 2. Suarez d. lib. 4. de mon. cap. 51. num. 11. Lotherius d. lib. 1. q. 35. num. 27. Accedit quia plura pro bono pacis permittuntur, que alias prohibentur, cap. huius 11. de magistris. & obedi. Unde recte in prælitiū à lice discedatur, approbarunt pensionis à judicibus compromissariis beneficio imposita.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro cuius solutione expoundendum est, quo iure arbitrii à judicibus delegatis, & simul compromissariis in specie hujus textus, tam circa Prioratus, quam circa pensionis reservationem defendi valeat ab omni simonia labore? Et quidam Robertus d. lib. 1. rer. judic. cap. 7 illud defendere intendit eā ratione, quia compositio facta fuit à judicibus provisī, & honestis, pro quibus presumptione extat, ut ex illis verbis constat: *Nisi effici viri provisī, & honesti.* Sed ut ratio finalis hujus arbitrii explicetur, scindam eē, super spiritualibus, vel illis annexis, super quibus lis vertitur, transigi non posse, si quid tempore præstetur, cap. cùm pridem, de

pactis, cap. præterea 9. de transact. ubi probavi.

Si vero nihil tempore præstetur, transactio admittitur. Etiam compotio super beneficio locum habet, si nihil inter partes caveatur de re temporali, sed indistincte compromissum fiat in arbitris; tunc enim ipsi pensionem imponere possunt, ut in hoc textu, cap. cùm olim 7. de arbitrii: quia cùm nihil inter partes de re temporali convenerit, nullum simoniae periculum vertitur, in quo plenior arbitrorum, quam jadicum potest est: quippe judices integrum beneficium victori adjudicare debent, ex supra adductis pro dubitandi ratione; arbitrii tamen, cùm sit plenior facultas eorum, ut inquit Seneca lib. 3. de benef. cap. 7. ibi: *Arbitri libera est, & nullus constricta vincula religio;* possunt partem suorum alteri confignare, vel in compensationem expensarum, vel quo alio æquatis colore: oportet tamen, quod compromissum fiat in judicibus, qui de quæstione principali possent cognoscere, ut supponitur in hoc textu. & in dicto capite cùm olim 7. Ratio est, quia si solam arbitriam potestatem exercerent, non possent titulus beneficii parti adjudicare, qui auctoritate ordinarii aut delegati conferendum est, cap. ex frequentibus, deinceps. nec etiam pensionis onere beneficium gravare, quod cum eadem auctoritate imponi debet. Unde reservatio pensionis in praesenti specie sustinetur, quia à judicibus delegata facta fuit, qui etiam arbitriam potest temere exercibunt, compromiso in eos facto indistincte, absque ulla rei temporalis mentione, quibus conditibus intercedentibus, pensione rite reservatur, ut docent tipi laudati pro illustratione conclusionis.

CAPVT XXII.

Idem (a) Xanton. Episcopo, & Abbatii (b) Bacian.

Pro illorum provisione. Et infra: Pro dil. f. Magistro P. Audouen, qui apud S. dem Apost. moram fecisse dignoscitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficium Ecclesiasticum asseditus, licet ad ipsum esset idoneus obtinendum, ven. fr. nostro Burdegal. (c) Archiepiscopo litteris nostris præcipiendo mandavimus, ut in aliqua Ecclesiistarum suarum, ubi ei expedite cognosceret, omni dilatione, & excusatione postpositis, sub. cujusc. contrôv. & ap. ob. competens faceret beneficium assignari, præsumptionem eorum Ecclesiastica distri. compescens, qui se ei super hoc ducerent temere opponendos: ipse autem Archiepiscopus, sicut suis nobis litteris intimavit, attendens præfati Magistri scientiam, & probitatem, illum cognoscens idoneum ad tale beneficium obtinendum, post susceptionem mandati nostri, Decano, & Capitulo Xanton. auctoritate nostra mandavit, ut ipsum pro reverentia Sedis Apost. in fratrem admitterent, & Canonicum, & fraterna charitate tractarent. Cumque precibus ejus, & mandatis nostris reluctaretur Canonici, ac indulgentiam de quadragenario Canonorum numero ei opponerent, quam à Sede Apostolica (d) iactitant se habere; quia idem Archiepiscopus manifeste cognovit illos in elusionem mandati nostri, sua indulgentia concessa eis irreverenter abulti, & non tantum xl. tunc esse Canonicos in eadem Ecclesia, sed plures constiterit illi evidenter. Magistrum prædictum de (e) præbenda, & canonia Xanton. cum consenti, & voluntate tua, frater Episcopo, & prudentium virorum consilio investivit, contradicentes vinculo excommunicationis astringens. Et (f) infra. Quia vero, quod per prædictum Archiepiscopum de metiorato Magistro auctoritate nostra providede factum est, firmitatem debitam volumus obtinere, disc. v. per A. s. m. & dist. præc. quas si vobis constiterit prædictos Canonicos indulgentiam prædictam, quam p. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.